
 Circa modum DARII.

1. O. Philosophus est necessario doctus:

Q. homo est Philosophus:

E. Q. homo est necessario doctus.

Resp. Major potest duplicem habere sensum. *Compositum* seu formalem, & *divisum* seu materiale. In sensu *Composito* major est vera. Sensus enim ejus est hic: O. Philosophus est necessario doctus, quatenus est Philosophus, seu posito, quod sit Philosophus, quod verum, quia sine τὸ doctum esse non potest concipi Philosophus, ut talis. E. doctum esse competit ipsi necessario. In sensu autem *diviso* major est falsa, quia modificatum prædicatum *necessario doctus* respexit subjecti materiale, non secundum formale, ut in sensu *composito*. Si verò majorem quis velit intelligere in sensu *composito*, & cum restrictione, quatenus talis conclusionem autem in sensu *diviso*, & sine illâ restrictione, quomodo illa falsa est, majore tamen in sensu *composito* intellecta existente vera, tunc Syllogismus non est legitimus, sed oritur
falla-